



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Scientia Salvts, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

Laberhittel, Samuel

Ingolstadii, 1660

401. De S. Bartholomæo. De Oratione attenta, & modo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

rectificat. 9. Sensus utriusque colligit. 10. Adversa libenter sustinet. 11. Pacem & tranquillitatem infert. 12. Curat proximos ad omnem profectum juvare.

Conf. 5. Cautela opus esse, & perpetuâ circumspeditione in usu cõtemplationis. Cavendum videlicet, ne diuturniore motu, vel proximo desimus, vel inaniter efferamur, vel curiositati obsequamur, vel denique valetudinem lædamus, juxta illud Cant 6. *Averte oculos tuos à me, quia ipsi me avolare fecerunt.* His enim ni prospiciam, Deum à me avolare faciam, cui ejusmodi indiscretio, vel incuria valde displicet. Ita SS. Ambros. Gregor., Bernard. hïc.

MEDITATIO CCCCL.

De S. Bartholomæo.

De Oratione attenta, & modo.

Aspiciam S. Bartholomæum, quem quidam putant Natanaëlem, centies de die, centies de nocte flexisse, & meditatione ad illam fortitudinem ascendisse, ut velut prudens serpens pellem dederit, quo caput suum Dominum JESUM, conservaret in se. *Petam gratiam orandi attentè.*

Conf. 1. Quomodo ad bene orandum me impellat. mea paupertas & indigentia, cœli divitiæ, unde omne bonum emanat; imò
ipse

Ipse infernus ad orandum attentè me urget, quia dæmon visus est omnes syllabas in officio, præcipitatè omittas notare, ut est apud S. Gertrudem lib. 3. cap. 32. Quid eo infelicius, quàm cui oratio fit in peccatum, & quomodo audiri me sperem, qui me ipsum non audio?

Conf. 2. Adorandum attentè juvari me memoriâ Domini **JESU**, qui cor suum Patri pro nostro distracto, sicut & manus perforatas pro lapsibus earum offerre se fatetur. Ibidem cap. 41. Præterea juvari me devoto aspectu imaginis Christi, unde velut è speculo divini amoris radij suscipiantur, & in corde renoventur. Denique juvari me oratione interruptâ, sed frequentatâ, exemplo Ascetarum in Thebaide, & S. Bartholomæi, qui centies per diem, & nocte vicibus totidem genua flectere consuevit, saltem toties de die mentem ad Deum per actus virtutum elevare poterò.

Conf. 3. Solatium à **DEO** S. Mechtildi datum contra distractiones in oratione, præsertim non voluntarias, ut finitâ oratione dicatur cum Publicano: **DEVS** propitius esto mihi peccatori. Nam si hoc actu veniam gravium peccatorum ille adeptus est, quidni ego distractionum? Petam majorem in susceptione S. S. Eucharistiæ collectionem & devotionem.

S. Eo